



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto heraclide co[n]fes. Cap[itulum]. lxxxvij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Liber

De sancto Bennadio ep̄o. Cap. lxxviii.



**B**ennadius ep̄iscopus apud constantinopolim floruit et ipsius civitatis regie pastor extitit. Qui vir sanctitate conspicuus atque sapientia et doctrina venerabilis fuit.

Acrius enim erat ingenij et lingua disertus. Hic daniellem prophetam ex integro ad verbum exposuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis imperatoris prioris tempore vite mortali cedens: eternam adeptus est: et corpore tumulatus in ipsa urbe hiescit. Hec genadius ubi super.

De cō Sulphila ep̄isco po.

Cap. lxxv.



**S**ulphila natione gothus gothorum primus ep̄iscopus fuit. Qui tempore valentiniani primi et valeris augustorum vite sanctitate et sapientia clarus: a papa damaso ad ipsas gentes delegatus: maximas eorum preces convertit ad christum: miraculorum quoque gloria claruit. Nam et cecos plures illuminavit: et demones ab obsessis nonnullis effugavit. Egros quoque a diversis infirmitatibus curavit. Hic ad gentis sue instructionem gothicas litteras repperit. Quas ante eum rustico more sine litteris: que nouerant memorie commendabant. Deinde testamentum vetus ac novum in lingua trāstulit propria.

Et senio longo confectus in pace hiescit. Sepultus apud gentem suam ubi miraculis pollet.

De sancto Bemino ep̄isco po. Cap. lxxvi.



**B**emino ep̄iscopus nisybensis floruit tempore alexandri imperatoris. Hic primus antiochene ecclesie presbyter: morum nisybene urbis sue pontifex effectus: vita et doctrina egregius: quia modico tempore in coequevit: ideoque pauca ingenij sui monimenta dereliquit. Apud nisybensis oppidum iacet: virtutibus effulget. Eodem tempore heraclas huius in scholis confectus alexandrine ecclesie ordinatus est presul. Hec hieronymus libro de viris illustribus.

## Undecimus

De sancto heracleide confes. Cap. lxxvii.



**B**racilius

des confessor claruit in egypto tempore valentiniani

augusti: qui alexandria ortus dum culturas heremi desideraret: isidorum abbatem apud alexandrias degentem peruenit: eiusque optatum suum expositum.

isidorus vero illum ad abbatem dorothium in thebaidis deserto habitantem: et contemplationi vacante adduxit. Sub cuius disciplina et eruditione heracleides annos plures exegit. Die quadam missus ab abbate ad puteum: ut aqua cacubum pleret: dum ille aquam hauriret hausit simul cum aqua serpente. Et ex pavens ad abbatem accessit: eiusque factum narravit. Qui eidem respondit: quod si quoadocumque diabolus serpentis formam sibi dilectam assumens lympham intraret: monachi potum recusarent: forsitan vel nunquam aquam biberet: sicque siti periret. Evadens ad cacubum signum crucis edidit: et continuo colubum occidit: ipseque prior de haurita aqua bibit: et deinde discipulus securus potavit. Et extitit heracleides: dum serpente videbat exemplo magistrum crucis signum faciebat: et serpens protinus interibat. Verum defuncto dorothio abbatem heracleides solus eius antrum hereditario iure possedit: ibique multo tempore perseveravit. Hic cellas et tuguria monachorum et anachoritarum omnium per omnes regiones deserti multo tempore circumiens: videlicet desertus scythi: thebaidis: et nitrie inferioris ac superioris. Vitae gesta sanctorum patrum singulorum exquirens et mente recordens. Librum postmodum de vita anachoritica compilavit: in quo quod videtur et audierat acta descripsit: que et paradisius intulavit. Et hic sanctitate consummatus in thebaide in pace dormiuit.

De sancto Lucifero ep̄isco po. Cap. lxxviii.



**C**alaritanus

ep̄iscopus apud eandem civitatem que in insula

sardinie sita est: claruit tempore constantij imperatoris. Hic cum ariana heresis pulularet: ipseque a libero papa heretico requisitus: cum

nollet niceni concilij damnare: fidem a constantio prefato imperatore arriano apud palestinas in exilium ductus est. Ubi contra fidem eiusdem imperatoris librum eleganter compilavit: que ad eundem misit. Unde et constantius indignatus: acris eidem